

| | | |
|---|---|--|
| 1. Ścieżka zapisu 511\1\0\0\415 | 2. Nr i nazwa archiwum 511 Biblioteka Diecezjalna w Sandomierzu | 3. Nr zespołu - 1 4. Ciąg dalszy numeru zespołu - 0 5. Oznaczenie serii - 0 |
| 6. Nazwa zespołu Archiwum Kapituły Kolegiackiej i Katedralnej w Sandomierzu | | |
| 7. Sygnatura 415 | 8. Liczba stron/kart 48 k. | 9. Liczba skanów 70 |
| 10. Data wykonania 07.10.2019 | 11. Nazwa pracowni Alto-Protekt | 12. Skanerzysta Alicja Kuberka |
| 13. Uwagi Pominięto puste strony. | | |

anno 1284
1515.

Privilegium Lestheonis an. 1284 (Scripturna)
Libertatis Ecclesiae S. Mariae Sandomir. Sanctuariorum
confirmatum a Rege Sigismundo 1515 an.

(Privilegium membranaceum archetipum an. 1515 vide
bene asservatum in villa Sariatniki, sine sigillo.) Bulirski
Monogr.
pagina 190.

11 In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam
Nos Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae
Mecnon terrarum Cracoviar. Sandomir. Sieradie Lancicie Cujavie
Rusie Prussiae ac Culmeu Elbingen Pomeraniaeque re
Dominus et heres. significamus tenore praesentium quibus
expedit universis praesentibus et futuris harum notitiam habituris.
Quomodo in nostra et consiliariorum nostrorum protunc lateri nostro
assidencium praesencia. Constituti personaliter venerabiles praelati et
cauonici Ecclesiae Collegiatae Sandomiriensis devoti nobis dilecti. Exhibuerunt
eorum nobis certum privilegium tenoris infrascripti, petentes illud propter
eius vetustatem et sigillis destructionem de gratia et munificencia nostra
Regia confirmare approbare et ratificare. Cuius privilegii tenor
sequitur et est talis. // In Nomine Domini amen. Quae geruntur
a vitis prudentibus ab humana facilius memoria processu temporis dila-
buntur. si scripturis litterarum et appensione sigillorum non fuerint
solidata. Noverint igitur universi praesentes et futuri, quod nos
Lestheo Dei gratia Dux Cracoviae Sandomiriae et Sieradiae Cupientes
omnes actiones nostrorum progenitorum legitimas in statu inelumi perma-
nere, prout et nostras volumus a nostris successoribus fieri inconcussas
Sanctuaris Ecclesiae nostrae Sandomiriensis, quae in honorem sanctae Geni-
tricis Dei Virginis Mariae est fundata Omnipotentis Dei amore invitati et
suae elementissimae matris gratiam immunitatis et exemptionis, quam
ipsis serenissimus princeps patruus noster Dux Boleslaus contulerat
Innovantes confirmamus a duodecim capetibus siliginis et toti-
dem plaustis seu ipsos misericorditer absolvendos, a qua etiam
solucione

soluzione omnium eorundem futura posteritas Ecclesiae
sanctae Mariae Deserviens se perpetualiter noverit atque
senciat liberatam. Quod ut ratum et firmum tam apud
modernos quam apud posteros observetur, praesentem paginam
tradidimus sanctuariis memoratis appensione sigilli nostri
consignatam. Actum anno Domini Millesimo Quingentesimo octuagesimo
quarto Indictione duodecima. Praesentibus istis quorum nomina
sunt haec. Dominus Procopius Cancellarius noster. Comes Petrus Castel-
lanus de Matogost. Comes Groth Succamerarius Sandomiriensis. Thomas
subiudex Sandomiriens. Lambertus Decanus sancti Floriani de Praecoria
Florianus Subdapifer Sandomiriens. Datum per manus Domini
Sefridi Subcancellarii Curiae nostrae quinto nonas Martii. //


Nos igitur supplicationibus eorundem praefatorum et Pauoni-
corum memoratae Ecclesiae Sandomiriensis tanquam iustis et
rationi consonis permoti privilegium praesertum in omni-
bus eiusdem punctis clausulis et conditionibus universis
approbandum, confirmandum et ratificandum duximus, confir-
mamusque approbamus et ratificamus praesentibus, decer-
nentes illud ^(perpetuum) perpetuae firmitatis robur obtinere. In cuius
rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est subappensum.
Actum Sandomiriae feria quinta proxima post festum praesentatio-
nis Beatissimae Virginis Mariae Anno Domini Millesimo quingentesimo 1515.
tesimo quinto decimo praesentibus Reverendo in Christo patre
Domino Petro Episcopo Premislensi et Regni nostri Vicecancella-
rio. Nec non Magnificis Venerabilibus et generosis Spithkone
de Jaroslaw Castellano, Cristoforo de Schydlowiecz palatino
et Capitaneo Praecoriensi, Andrea de Shanoryn palatino Lubli-
nensi, Nicolao de Schidlowiecz Sandomiriensi et Regni
nostri Thesaurario. Stanislao Schaffraniecz de Pyaskowa
Skala Sandecensi Castellano. Johanne Karnkowski praeposito
Skarbimiriensi. Johanne Konarski Cantore Sandomiriensi

Krzycki

Andrea Crzycki Canonici Cracoviensis Secretariis
Ceterisque dignitar^{um} officialibus Curientibus^{us} nostris
Testibus ad praemissa fide dignis. Sincere et fidelibus
nostris dilectis. Datum per manus praefati Reverendi
in Christo patris Domini Petri Episcopi promissiensis
et Regni nostri Vicecancellarii sincere nobis dilecti
|| Petrus Epus et
Vicecancell.

Reverendi in Christo
patris Domini Petri Episcopi pro-
missiensis et Regni Poloniae
Vicecancellarii

Ex archetipo fideliter transcripsi die 27 Julii 1890
Vicarius Cathedrae Sandomiriensis Karol Sargowski.



Donatio sortis in Pickari'a Rege Wladislaw
1292

Saudou. pridie Idus Aprilis.

In nomine Domini amen. Ne id quod geritur in tempore scrupu-
lo praepediatur calumpniae aut oblivionis caligine obscuratur
assolet scripto testimonio et testimonio apierum perhennari' provide
tam praesens etas noverit quam futura, quod nos Wladislaus Dei
gra' Dux Saudouirieu' Cuiarie' et Tyrarie' sincera prosequentes
devotione et devoto affectu atq' affectuosissima pietate Ecclē-
siam Sctē Mariae de Saudouiria cuius sumus legitimus heres
et patronus eiusdem ecclesiae custodi' Dño Syffrido et deinceps
custodiae praehabitaē ecclesiae, pro hereditate eiusdem ecclesiae
Sokolniki vulgariter nuncupata custodiae iam dictae pertineu-
ti quam christianissimus princeps frater nost' hōs (carissi-
mus) Dominus Lersko bone memorie quondam Cōvis (Cracoviae)
Saudouiriae et Tyrarie Dux pro comuni' bono Tre (Ferrae) Sau-
douirieu' et reipublice' comoditate civitate locata Saudouirieu'
eidem addidit agriculturam civibus praedictae civitatis ampliari-
do dānus conferimus et titulo perpetue donationis tradimus
pure, libere et irrevocabiliter horum hominum sortes et
possessiones in villa peccari' talit' appellata quorum
nomina expresse nominatim scripta subsequuntur im-
mediate videlicet Xdrauteonis, Vroblanis, Luthomiro-
nis, Ostressonis, Racanis, Poscissonis, Michaelis, Stau-
conis, Mathiae et Carlonis cum omnibus ipsarum uti-
litate praeventibus et pertinentiis universis accessibus
et egressibus plene et integre sine ulla diminutione
et omnia alia quae nunc sunt in eisdem sortibus et pos-
sessionibus ut esse poterunt in futuro sub eadem liber-
tate et exemptione quae et aliae villae eiusdem ecclesiae
sanctae Mariae de Saudouiria fruuntur pacifice et
quiete in perpetuum possideant atque praedictus
Custos domini Syffridus iam dicturum sortium et
possessionum cum omnibus sibi succedentibus in eadem
custodiae dignitate verus domini et possessor, omnimo-
dum habens facultatem sub libertate et exemptione
villarum ecclesiae superius memoratae easdem sortes

et possessiones tenendi et possidendi pacifice et quiete.
Et ne huius nostrae donationi et satisfactioni Eccle-
siae Sanctae Mariae saepedictae quispianc ausu
temerario valeat postmodum contraire praesentem
paginam in eorum evidentiam certiore et evidens
autamentum conscribi fecimus et nostri sigilli muni-
mine roborari. Actum publice in Sandomiria Anno
Dni Millesimo Ducentesimo nonagesimo secundo. pri-
die idus Aprilis iudicatione quarta eorum his testi-
bus Comite Segatha Castellano Cracoviensi, Comite
Ottone palatino Sandomiriensi, Domino Pachostad
Cancellario Curiae nostrae per cuius manum hoc
privilegium est correctum comite Clemente Castel-
lano de Voivich, Comite Crestao Castellano de Cre-
chow et Comite Scarbimiro Subcamerario Sau-
domiriensi.

ex originali pergamineo transcripti
Karol Targowski
Vicarius Cathedralae Sandomir. 1899 an.

1315. — 1459.
anno

Baginli sandon 1315

S. D.

In nomine Domini. Amen. Ad perpetuam rei memoriam inducunt nos mentes nostras ~~no~~ studia ut quidquid in laudem omnipotentis Dei ac remissionem nostrorum peccatorum cederet largitione perpetua omni affectione liberalitatem nostram effundamus proinde nos Karimirus Dei gratia rex Polonie, Rerum Terrarum Cracovie Sandouirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Pomeranie Magnus dux Lithuanie, Russie, Prussieque Dominus et heres. Significamus tenore presentium quibus expedit universis tam presentibus quam futuris presentem notitiam habituris. Quomodo honeste ac Religiose sorores Elena et Paulina cum suis consociabus penes Ecclesiam Sancte Marie Sandouiriensis commorantes nobis humilissima petitione supplicarunt? ^{tenus} ~~Quomodo~~ Privilegium eorum proclare principis iam dudum ac olim felicis memorie Duci Hedvigis ducisse Polonie confirmare dignarentur. Cuius quidem privilegii tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis. Novemur universi presentibus

notitiam habituri - Quod Nos Hedwigis Dei gratia
Craovie, Sandouiric, Liradie, Cuiavice, Nequique
Polonie Ducissa ob remissionem nostrorum pecca-
torum sorores benignas Herborgam, Elisabeth et alia
socias earum cum domo quam habent sitam, iuxta
aream domi Cesslai custodis ecclesie beate Marie in
Sandouiric cum orto et area ante civitatem predi-
ctam nostram et in curiam et procuratorem ac
defensionem recipimus specialiter, Mandantibus et
voluntatibus quia eadem domus et area cum orto predicta
cum sororum ~~nihil soluto~~ ¹⁰²¹ soluto et custodie que ad
Civitatem Civitatem pertinet Sandouiricensem, tenentur
sed ut prius gauderent de libertate et nunc gaudent de
libertate ampliori Et si aliquem mori ex eis continget
unaqueque succedens in predictis de supradicta gau-
deat plenaria libertate. Datum in Sandouiria sub
1315 Anno Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo
quinto die Februarii mensis. Attestantibus viris idoneis
Comite Stephano ~~de~~ parthano dno, Guntharo
duano Sandouiricensi et Jasbone comite Opatow-
icenis - Nos itaque eorum petitionibus
medum licitis quodam amore elemosyne iustis eidem
benigniter impudende acclinati dictum privilegium
in omnibus suis punctis ^{articulis} ~~articulis~~ additionibus pro et
modo sunt in possessione Confirmamus, ratificamus
approbamus, innovamus presentibus scripti testimonio
roboremus ^{et nomen} ~~idem~~ ipsum robur ~~off~~ obtinere perpetua
firmata firmitatis cuiusque ~~off~~ privilegio et eiusdem

confirmacioni nostre hanc libertate^m adiciamus
Quod prefate sorores aut in loco habitacionis earum
? pro tempore existentes a solutione grossi sancti martini
usu antiquo solvendo solito libertentur que ab eodem
et aliis punitibus solutionibus exactionibus contributionibus
quolibet
~~pro~~ nuncupatis eximimus absolvimus liber^e
? ~~pro~~ annis tenore presentium mediante. Neque
? easdem sorores ratione domus et orti cum area
ante civitatem Sandomiriensem predictam earundem
alieni ~~dotacioni~~ perpetuo volumus subiacere. Datum
Sandomirie feria secunda ipso die Circumcisionis
domini Anno eiusdem millesimo quadringentesimo
quingentesimo nono. Presentibus ibidem Generosis
ac Nobilibus Nicolao Benckat de Mokro marschal-
? ~~ca~~ Petro de Wjeschyn^{us} Judice Sandomiriensi Petro Julian
? de Prawkowie marschaleo Curie, Johanne de ~~Mokro~~
Kos Surcamerario Camere Regie, Floriano de Pagan^{us}
de Skrusse utriusque iuris doctor subdapifero
et aliis quam pluribus circa premissa
fide dignis. Datum per manus
venerabilis Johannis de Bresse utriusque
iuris doctoris sedis Apostolicas causarum auditoris
Archidiaconi Guesnensis Regni Polonie
Vicecancellaris sincere nobis dilecti
relatio ejusdem venerabilis Johannis
de Bresse doctoris iuris utriusque
Archidiaconi Guesnensis Regni Polonie
Vicecancellaris.

Rachowque uerile
na porgaminie
ber picerej.

Privilegium Casimiri Regis feria 2da
ipsa die Circumcisionis Dni 1459 Jaudou.
Datum Confirmat. privilegium Hedvigis
Reginae pro domo et area Beginarum

1315. — 1459.

Casimiri Regis privilegium super Bonis
Piekary - Anno 1356.

In nomine Domini Amen. Noverint universi
presentes et posteri ad quorum finis opus scriptum fuit de-
volutum. Quod nos Casimirus Dei gratia Rex polonie
cupientes redditus Ecclesie Virginis illibate glorioseque Dei
genitricis Marie in Sandomirie ad auxilium ad petitionem
itaque honorabilis viri Domini Marci custodis Ecclesie predicte
De Benivolentia nostre Regie majestatis speciali sibi damus
et gratiose conferimus plenam potestatem tabularum lacandi et
jura tabularia in ea exerendi sicut consuetudo nostra in Re-
gno ab antiquo conservata in parte hereditatis Piekary, que
ad ipsum Dominum Marcum Custodem nomine ⁱⁿ Ecclesie Sando-
miriensis ^{supradite} ^{scholasticus} ^{et} ^{capitulum} ^{eximere} ^{plene} contradictione et im-
pedimento cuiuslibet finitus quiescente. In cuius rei
testimonium Sigillum nostrum presentibus duximus appen-
dendum. Actum Cracovie in die beatorum Petri
et Pauli apostolorum, Anno Domini Millo Trecentesimo
quingentesimo sexto presentibus hijs testibus Johanne doctore
etposito Gherardini, Florianus cancellario Lauticiensem,
Lobeslas Castellano Histiciensem, Wacislas de Octuy-
nos, Nicolas ^{Dapiferus} ^{subrofron} Cracoviensi, Otthone de Pi-
llia et alijs multis. —

Transcriptum ex originali pergamine die 19 Augusti an. D. 1898.
Vicarius Cathedralis Sandom. Karol Targowski.

Privilegium Vladislai Regis super villa Pie-
kary Land: F. H. post festum s. Bartholae
A. D. 1394

Piekary

Wladislaw et Dei gratia rex Poloniae Lithuaniae
neque Princeps supremus et heres Russiae
etc. significamus tenore presentium quibus
expedit universis quod volentes clare
fidei constantia et multiplicationi fidelitatis
obsequia quibus Laurentii Rosa partinarum
Serenissime principis domine Hedvigis reginae
Poloniae nostrae consortis carissime nostrae
maiestati studuit complacere quorum intuitu
volentes ipsum prosequi favoribus gratioribus
sibi villam nostram Piekari in terra nostra
Landomirski sitam cum omnibus fructibus

redditibus censibus proventibus agris pratis
campis silvis nemoribus gregibus Virgultis
quercetis rubetis stagnis lacubus piscinis
piscatorijs molendinis ac Juribus emolumenta
ty Universis agris et earum decursibus ^{sic}
prout in suis metis gramicis ac gradibus
longe lateque est distincta et limitata
damus conferimus et donamus tenore
presencium mediante per ipsum Lau-
rencium tenendam possidendam tene-
ndam ad sue demeritum vite termi-
num ultimum ac extremum. horum
quibus sigillum nostrum appensum est
testimonis litterarum. Datum in Tando-
miria feria quinta post festum beate
Dorothee virginis anno domini

M ccc & XXXX IV.

Pisany na pergamine. Zachowany dobre, pie-
reji niceo uszkodzona lakowa ~~na lakowa~~
~~na maske~~. Na odrotnej stronie napis: Privile-
gium super villam Percari.

Privilegium in Swiatniki Villa asservatum pergaminum
sine sigillo Reginae Hedvigis

Anno Domini 1397.

vide Bulinski Monogr. Sandom.
pagina 191.

Documentum Hedvigis, Reginae Poloniae de

Hedvigis, Dei gratia regina Poloniae etc. Universis et
singulis Palatinis, Castellanis, Iudicibus et Subiudicibus
ceterisque Officialibus iustis Terrae Nostrae Sandominiensis
ubilibet praesidentibus, ad quos praesentes pervenerint.
opationem Nostram Regiam. Circa Swire Swiatniki
et Pekary villas Honorabilis Magistri Mathi Sanctae
Theologiae professoris, Custodis Ecclesiae Collegiatae sanctae
Mariae Sandominiensis, Nostrae devote dilecti et Nostram
tutionem specialem recipimus, duximus, et de facto re-
cipimus. Ideo vobis et vestrum ubilibet praecipimus et ma-
damus seriose quatenus dum et quoties ~~ex~~ aliquis v. aliqui
de eorundem villarum Iudicibus s. Iudicibus, quos de ve-
stris iurisdictionibus praesentibus excipimus et liberamus ad
vestram v. vestrum alicujus praesentium citati fuerint de
causis ipsorum nullatenus cognoscere praesumamus. Quinimo
ipso, cum universis eorum emergentis ad Tutorem seu Pro-
curatorem, qui in ipsis villis deputatus fuerit, iudicandos
remittatis, qui etiam ubilibet de eisdem iudicibus querelanti
v. querelari voluti iustitiam faciet, iure, quod in heredi-
tatibus obtinet, supradictis expeditat. Praesentium No-
stro sigillo subappenso testimonio litterarum, Datum
Cracoviae in curia sancti Confessoris Nicolai Anno Dom.
1397. (1397)2

Correcti Vicarius Cathedralis
Karol Sargowski

Sandominiae
8/11 1899

86.)

1417. annus.

Privilegium Vladislai Regis 1417 anno. Actum Sandomiriae
 f. V die Nat. B. V. M. — Libertatio villarum Ecclesiae
 S. Mariae Sandom. nempe Midurkovicre, Rusca, Laduschniky,
 Chotel, Crotina ? Mistronicre, Marschow, Ostrov, Zarnov etc.

(Membranecum bene asservatum, sine sigillo in
 archivo villae Sviatniki.)

„ In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam,
 sacra sicut scripturarum auctoritas et edictum prodijt eternum
 salvatoris, ut principes seculi, quos sibi Ecclesia Dei adoptavit
 in custodes, sic in aetis eius vigilare debeant obsequijs, ne de sua
 negligentia districti iudicis sententia arguantur. Proinde
 Nos Wladislaus Dei gratia Rex poloniae nec non Ferrarum
 Cracovie, Sandomirie, Siiradie, Cujavie, Lancicie Lithuanie
 princeps supremus, pomeranie Russieque Dominus et heres
 etc. (etc?). Significamus tenore praesentium, quibus expedit
 universis praesentibus et futuris presentium notitiam habituris
 Quod... iugum nobis impositae dignitatis debita animadver-
 sione in piis opibus Ecclesiarum cupientes custodire
 et commissi talenti dona rite dispensationis misterio
 in lucri comoda elargire, ut dum de factis propriis
 reddituri sumus rationem de lucri mereamur commendari,
 Ecclesiam beatae Mariae Virginis Sandomiriensis, ad quam
 ab exordio regnationis nostrae zelo singularis devotionis
 commovemur protectionis nostrae custodia et tenemus
 volentes ~~firmare~~ honorabilium virorum Sethegy
 praepositi Magistri Melie Decani Nicolai Sacrae Theologiae
 professoris Archidiaconi, Stanislai Czotek Custodis et Canonici
 Curiae Nostrae Notarii, Sbignei de Oleschnicra Scolastici
 et Canonici, Werslai dicti Gronostky Cantoris praelatorum
 Otte de Serekarowicre et petri Capellani Curiae Nostrae
 Canonorum

Canonicorum eiusdem Ecclesiae Devotis petitionibus acclinati
ipsam Ecclesiam omnia iura libertates immunitates, con-
suetudines privilegia litteras et munimenta et quascunque
alias donationes sive litteris et scriptis commissas sive
consuetudine et usu retentes et perscriptas quas
munifica concessione nostrorum praedecessorum pro se et
quibuscunque bonis et personis suis praesentibus et futuris
dicta Ecclesia obtinuit et praesertim per villis haere-
ditatibus praediis et sortibus infrascriptis videlicet
Midziskowicze Rusca Laduschniky, Chotel Cholina?
Mistroniere, Marschow Ostrow Zarnow, Syedlere,
Sokolniky, et aliud Sokolniky ^{sub} ~~Obirzowa~~ tota, Swirzowa
Duae sortes circa civitatem Sandomiriensem, Yesschkow
Dziwkow, Turbja, Dwekor, Popowicze, tota haereditas
Kuniere, Wynari, Crissiera, Galno, Oppokra
Swanthniki, Pehari, Zarrikowicze tenore
presentium confirmamus ac ipsa in omnibus
ipsorum capitulis punctis sententis et clausulis
nichil penitus in eis obmutentes aut obolentes praeter
soll. solutionem duorum grossorum quotannis monetae qui
ratione domini nostri a singulis kmetonibus praedictarum
villarum iuxta Terrae consuetudinem quolibet anno
per nos et nostris successoribus perpetue exigentur
ratificamus gratificamus approbamus et confirmamus
perpetue et in aeternum decernentes omnia et singula
et quolibet eorum seorsim robur perpetue et
constantis obtine' (re) suunitatis. Quamquam autem
ex predictis privilegijs et consuetudinibus antiquis
semper tentis (sic) que in suo remaneant robore Ecclesiae
predictae Jus Theutonicum sortiatur et perscribat
tamen ut decetero ulla ambiguitas de hoc ab aliquo
pertendatur

perhendatur volentes amplius praedictam Ecclesiam in Juribus
suis declarare Omnes et singulas villas predia et sortes ipsius praedictas
De Jure Polonico in Jus Theutonicum quod Meydeburgense dicitur
transferimus perpetuis duraturis. Removentes perimentes et abolentes in
eisdem villis predijs et sortibus omnia Jura Polonica modis et
consuetudines universas quae ipsum Jus Theutonicum plerumque
consueverunt perturbare. Eximimus? insuper absolvimus et perpetuo
liberamus omnes et singulos Cmetones et Incolas villarum
praedictorum et sortium praedictarum ab omni Jurisdictione et
potestate omnium Regni nostri Palatinorum Castellanos Judicum
Subjudicum Capitaneorum et Officialium eorundem ut coram ipsis aut
aliquo ipsorum ~~praedictorum~~ et pro causis tam magnis quam parvis
puta furti, sanguinis, homicidij, incendiij, mutilationis membrorum et
alys quibuscunque excessibus enormibus citati minime respondeant
nec aliquas penas solvere teneantur sed tm̄ hmetoues et
Incole villarum praedictorum et sortium praedictarum coram Scultetis
villarum qui pro tempore fuerint Sculteti iid̄ coram praelatis
aut Canonici Ecclesiae sub quorum manent singulariter sequimine
aut tuitione aut coram vobis ut nro nostro Judicio generali
dum per nostram litteram nostro sigilo sigillatam fuerint evocati
et hoc si praefati praelati aut Canonici ut aliter eorum in
reddenda iusticia negligentes fuerint et remissi hunc non
aliter quam Jure suo Theutonico ^{respondere} runde sicut astricti
In causis autem criminalibus seu capitalibus superius expressatis
Scultetis praedictarum villarum qui pro tempore fuerint damus
et concedimus plenam et omnimodam facultatem Judicandi
Sententiandi corrigendi puniendi condemnandi et plectendi
prout hoc ipsum Jus Theutonicum praedictum ^{requirit} aut in omnibus
suis capitulis Sententiis punctis conditionibus et clausulis postulat
et requirit. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio
litterarum. Actum in Sandomiria feria quarta ipso die Nativitatis

Beate Marie Virginis gloriose Anno Domini Millesimo qua- 1417
dringentesimo Decimo septimo presentibus ibidem Reverendis in
Christo Patribus Alberto Cracoviensi Johanne Chelmensi Episcopis
ac Strenuis Nobilibus que viris Cristiano de Ostrow Castellano Jo-
hanne de Starow pallatino Cracoviensi Nicolao de Michalow
pallatino et Petro de Falkow Judice generali Sandomiriensi
alysque pluribus fidedignis nostris fidelibus dilectis.

Volumus autem ut quocumque in Judicio id extra
presens nostrum privilegium fuerit perlectum tamquam
originalibus que ob vetustatem frequenter moveri non
queunt plena fides prebeant et ulla per lectione
ipsius repetatur solummodo sed gratis reddatur Ecclesie
et ipsum offerenti sub pena panceradressera Camere
nostre applicanda. Datum per manus Reverendi in Christo
Patris Domini Alberti Episcopi Cracoviensis predicti Regni Polonie Cancell-
rij Supremi in eere nobis dilecti! et venerabilis Domini ^{Domini} sedis (Johannis)
apostolice protonotarii Decani Cracoviensis Regni Polonie
vicecancellary

Ex archetipo fideliter manu propria transcripsi
Sandomiria die 3 Augusti 1899 anno Vicarius Cathedralis
Karol Targowski

1434

Ordinatio de Schola S. Petri
Bignei Episcopi Craeviensis

Bigneus Dⁿs et Apostolice sedis providentia
Episcopus Craeviensis -

Significamus tenore presentium quibus ex-
pediit universis - Quomodo volentes materia^m questio-
nis et discessionis que inter Venerabiles et Hono-
rabiles F^res nostros prelatos et Canonicos Ecclie
Collegiate S. Marie Sanduviriensis ab una et Ho-
norabilem Magistrum Berhardum Rectorem
Ecclie Sancti Petri in Sanduviria partibus ab
altera occasione locutionis et erectionis schole nove
et Institutionis Scolarum circa eandem Ecclesiam
S. Petri insurrexit. In dulcedine ac amenitate
pauis complacere et terminare ac ipsarum Ecclesia-
rum statu^m ~~q^{ue}~~ comodo providere et honestati.
Unde auditis dictarum partium prepositis
et responsis et eisdem ad plenum digestis et mathi-
catis, talem inter partes eandem ordinationem et
constitutionem statuimus et decernimus a modo
et deinceps perpetuis temporibus observandam


Et primo ut Ecclesia predicta Collegiata
Sancte Marie Sanduviriensis possit et valeat
in vigore sui decoris sistere et permanere statu-
mus Ordinamus et decernimus et scola Scola-
rium circa Ecclesiam Parochialem S. Petri
nullo unquam tempore in prejudicium et lesu-
ram Ecclesie Collegiate S. Marie Sanduvirie
predicte erigatur vel locetur ad evitandum
certa pericula que ex cuiusmodi erectione veri-
similiter sequi possent et oriri -

Ne tamen Ecclesia S. Petri predicta ob defe-
ctum Scolaarium suis debitis fraudetur obsequiis
et honorem divinum in eadem negligi aut mi-
norari quomodolibet contingat, decernimus et
ordinamus, quod Rector scholae Ecclesie Colle-
giatae Beatae Mariae pro tempore existens qua-
libet die feriata Ecclesie Parochiali S. Petri
octo scolares debitum tantum et psalmodicum
cantare valentes pro decantanda Missa et
Vespere ad signum Campanae vel aliud consi-
mille dirigere et transmittere erit obligatus -
Diebus autem Dominicis et festivis in quibus
processiones circa Ecclesias parochiales fieri con-
sueverunt ad peragendum processionem vigin-
ti scolares in Cantu et Psalmodia scientes et
expertos transmittere erit astrictus, si tamen
processio Ecclesiae Sancti Petri processionem Ecclesiae
Collegiatae predictae precedat. Nam in casu quo
processio Ecclesiae S. Petri processionem Ecclesiae
Collegiatae Sanctae Mariae esset posterior ad-
dandum tantum numerum Scolaarium pro pro-
cessione Rectorem & Scholae S. Mariae non obli-
gamus - Deum autem processio in Ecclesia
Sancti Petri parochiali fuit finita decem
Scolares alii recedentibus remaneant, qui die
eodem Dominico vel festivo Missam et Vespere
in dicta Ecclesia Sancti Petri compleant
et decantent - Et quia in aliquibus certis festi-
vitatibus, maior consuevit esse sollemnitas in
Ecclesiis parochialibus decantari et peragi -
ordinamus et decernimus, quod Magister
Scholae Ecclesiae S. Mariae pro tempore existens
pro decantandis matutinis festis infra scriptis
videlicet Nativitatis Christi, Paschae, Pen-
tecostes, Assumptionis S. Mariae et Ascensionis
matutinis octo scolares cantum scientes
ad predictam Ecclesiam S. Petri dirigat et trans-
mittat qualibet difficultate non obstante -
Ut autem magister Scholae Ecclesiae Collegiatae
predictae huiusmodi opera valeat maiori
diligencia perficere ordinamus et decernimus
quod dictus Dominus Bernhardus plebanus et
sui successores Rectori Scholae iam dictae ratione

dictorum servitiorum unam marcam pec-
cuniarum singulis quatuor temporibus et
Questam qui consue tum est, dari ^{conuincimus} cum sumis?
processione procedente ad Ecclesiam ducitur
soluat et assignet solvere quod erit obligatus
Si vero Rector scolie predictae S. Marie
Laudouisiensis pro tempore existens
premissa nostra ordinata et decreta quomodo-
olibet per inadvertentiam ad impleri negli-
xerit, extunc per processus et censuris offi-
cialis nostri Laudouisiensis, veritate tamen
prius cognita et experta requiratur et
eo moneatur, ut infra certas dies omnia
nostra premissa ordinata et decreta im-
pleat et ad plenum exequatur. Quod nos
si q. absit cuius indubito sustineat
et premissa complere quomodo libet
contempserit Rector Ecclesie S. Petri
pro tempore existens solutionem pecunia-
rum predictarum super quolibet quatuor
temporibus dari solitam dare aut sol-
vere non erit astrictus nec obligatus tam-
diu quousq. ipse magister scolie ad obser-
uationem dicti nostri decreti revertetur
Magistro autem scolie predictae obser-
vantia nri decreti predicti implere inci-
piente preceptus plebanus S. Petri medium
grossum ratione cuiuslibet diei neglecti
ad rationem pecunie quatuor temporum
poterit defalcare, Et ut tam plebanus
quam magister scolie S. Marie in
dicto nostro decreto conservantia non fuit
negligentes ordinamus et declaramus qd si
plebanus S. Petri pro tempore existens
salarium predictum super quolibet quatuor
tempora Magistro scolie dare neglexerit
ipso magistro huiusmodi nostrum decretum
peragente processu predicti officialis nostri
Laudouisiensis moneatur, et censuris
ecclesiasticis compellatur ad observationem
nostre huiusmodi ordinationis Magister
vero scolie ^{interim} scolares suos quot et die-
bus ferialibus et festiuis obligatus dirigere
ad dictam Ecclesiam S. Petri non dirigat

nec transmissit, tam die quousque solerium
 suum desertum, sibi ad plenum fuit datum
 et solutum. Et Quia huiusmodi usum ordina-
 tionem et decretum partes ipsae sponte et
 benevole approbaverunt eandemque servare et
 custodire promiserunt, ne contingat in ista
 materia aliquas difficultates suboriri preces
 nostras ordinationis et decreti litteras per
 Johannem Dlugosch nomen publicum nota-
 rium et facti Anoris coram nobis scribam
 subscriptum, scribi et publicari nos appensione
 sigilli iussimus communiti. Datum in
 Cleria nostra in villa Lotta vicesimo die Men-
 sis Augusti, Indictione duodecima pontificatus
 Iesum in Christo Patris et Dni nri Dni
 Eugenii divina providentia papa quarti,
 Anno quarto, hora vespere vel quasi Anno
 actat Nativitate Dni Millesimo quadri-
 gesimo tricesimo quarto, presentibus
 honorabilibus discretisq; viris Gregorio de
 Paulo Canonico et officiale, Clemente Vicecustode
 Petro viceproposito Collegiate Ecclesie predictae
 Sandonice et Nicolao Glosens in Mydowo
 Johanne in Obradow, Theodoro de Wancanoyce
 in Radosyce Ecclesiarum parochialium rectoribus
 Gnesne et Cracovae testibus ad premissa

1434



Et Ego Johannes Joannis Dlugosch de
 Mydryelsto clericus Gnesne diocesis, mancipialis
 auctoritate notarius facti, que huiusmodi coram
 prefato Reverendissimo Dno Stigueno Episcopo Cracovae
 scriba, Quia predictis ordinationi decreto
 approbationi et emolagationi, Aliisque omnibus proe-
 missis dum sit et permittitur agerentur et fierent cum testibus
 proceus in terfui. Ea q; omnia et singula sit fieri vidi et audivi
 Ideo praesens instrumentum per alium fideliter scriptum
 in hanc formam publicam redigi. Signosq; nomine meo
 solitis et conventis meo cum appensione sigilli prefati
 Rudicrum patris Dni Stigueni Dei gratia Episcopi prefati
 et de eius speciali mandato consignavi. Rogatus et requi-
 situs in fidem et testimonium omnium et singulorum
 premissorum

A. D. 1435 pro schola S. Petri
Ordinatio

Schola paroch. pny. Cracov.
14. B. S. S.

1435

Julianus Misericordie Divinae Sanctae
Romanae Ecclesiae Sancti Angeli Diaconus
Cardinalis in Germania Apostolicae sedis
legatus.

Reverendis in Christo patribus Cracoviae
et Wladislavie Episcopis Salutem in Domino
Ut que pro divini cultus augmento, venu-
state et decore etiam cum rei publice profectu
pia devotorum prosequitur affectio votivo
committantur effectui libenter quoad expe-
dire prospicitur et alterius exinde prejudicium
non resultat impendimus sollicitudinis nostrae
partes. Exhibita si quidem nobis nuper pro
parte dilecti nobis in Christo Bernhardi de
Stramkovo Rectoris parochialis ecclesiae S^{ti}
Petri in Sandouiria Cracoviae Diocesis petitio
continebat quod ipse in ecclesia praedicta
que parochianos habundat, multitudine
divini cultus decore et venustatem praecipue
excescere et in rei publice profectum apud
eandem ecclesiam pro juvenibus discipli-
nandis ac litterarum scientis instruendis
qui etiam una cum ipsius ecclesiae rectore
pro tempore existentia divina solemniter
peragant et decantent officia ac illis inter
sint scholas teneri desiderans domum pro
tenendis in ea scholis huiusmodi prope eccle-
siam ipsam construere et edificari fecit, ac de
rebus et bonis sibi a Deo collatis redditus certos
pro sustentatione Rectoris scholarum huius-
modi deputavit et illos usibus eiusdem Re-
ctoris perpetuo assignavit. Quare pro parte
eiusdem Bernhardi nobis fuit humiliter sup-
plicatum, ut constructioni, edificationi ac

reddatum deputationi et assignationi huiusmodi
nostrae approbationis confirmationis robur adire
ac sibi et successoribus suis rectoribus dictae Eccl[esi]ae
quod scola huiusmodi apud eandem Ecclesiam
perpetuo teneri valeant indulgere dignauerunt

Nos igitur huiusmodi in hac parte supplica-
tionibus inclitis inclinati discretioni ~~ostendimus~~
artificio ~~quod~~ ~~super~~ vestre legationis qua fun-
gimur auctoritate per haec scripta communi-
cavimus et mandavimus quatenus vos vel alter vestrum
in Diocesis Cracoviensis vocatis qui fuerint ~~eccle-~~
siae super expositis huiusmodi et aliis q[ui]b[us]
quo ad ea diligenter expediant informetis, et
si per informationem huiusmodi premissa
ita esse idq[ue] secundum Deum et conscientiam
vestram arbitrio quas super hoc operandis
desimus expedire, repereritis constructionem
et edificationem ac deputationem predictas
auctoritate nostra approbare et confirmare dictisq[ue]
Berthardo et successoribus Rectoribus dictae
Ecclesiae quod scola huiusmodi apud eandem
ecclesiam perpetuo teneri valeant, dummodo
hoc non cedit in alieni iuris praesudicium
eadem auctoritate indulgere curetis

Datum Basilee apud S. Leonhardum
octava mensis Februarii Anno incarnationis
dominicae Millesimo quadringentesimo
tricesimo quinto, Pontificatus sanctissimi
in Christo Patris et Dni nostri Dni Eugenii
divina providentia Papae quarti
Anno — quarto —

1435

Est privilegium Johannis de Elgoth Secretar[is] Doctoris sub
1440 p[er] numero scolarium 36 non plurium cum
alto et basso in scola S. Petri Londoniensi sub p[re]sente
mille florenor[um]

R 95.

collegiata

1450

Indulgentiae in certis festiuitatibus - per Cardinalem
et Epum Crac. Signeum concessae ad centum dies in Ecclesia
Beatae Mariae V. Sandomiriensi Anno 1450
perpetuis temporibus seruientes.

(Przywilej oryginalny pergaminowy; pieczęci brak.)
w Kapitułarzu Sandomierskim zachowany dobrze)

„Signeum Miseratione Diuina etc. (tituli) Sanctae Prisce Sacrosancte
Romane Ecclesiae presbiter Cardinalis et Epus Cracouiensis. Uniuersis
et singulis utriusque sexus Cristi fidelibus ubilibet constitutis
salutem in Domino sempiternam. Splendor paterne glorie, qui sua
mundum illuminat ineffabili claritate pia vota fidelium,
de clementissima ipsius maiestate sperantium, tunc precipue
benigno favore prosequitur, tum deuota ipsorum humilitas
sanctorum precibus et uentis adiuuatur. Cupientes igitur
ut Ecclesia Collegiata Sandomiriensis nostre Diocesis, que ad
honorem omnipotentis Dei et in laudem ac memoriam Natiuitatis
eius Beatissime Virginis matris Marie fundata et erecta
existit, a Cristi fidelibus dignis atque congruis honoribus
iugiter ueneretur atque fideles ipsi tanto libentius causa
deuotionis ad illam confluant, quo uberius dono celestis
gratie conspexerint se refertos, omnibus Cristi fidelibus
duntaxat contritis et confessis qui ad dictam Ecclesiam in omnibus
festis sanctorum, quorum nomina altaria habentur in eadem Ecclesia
et in dedicatione eiusdem, ac in aliis festis infrascriptis, uidelicet
Natalis Domini, Circumcisionis, Epiphaniæ, Parasceues, Pasche,
Ascensionis, Penthecostes, Trinitatis, Corporis Christi, Inventionis
et exaltationis sancte Crucis, In omnibus et singulis festis Sancte
Marie Virginis, Sancti Michaelis Archangeli, Natiuitatis et decollationis
sancti Iohannis Baptiste, Beatorum Petri, Pauli, Jacobi, Bartholomei,
Iohannis, Andree, Mathie, Marci, Iulce, Mathei, euangelistarum
ceterorumque Apostolorum, Sanctorumque Adalberti, Manislai,
Venceslai, Floriani, Regni polonie patronorum, Stephani, Laurentii
Martini, Nicolai, Gregorii, Ambrosii, Augustini, Hieronimi, Benedicti
omniumque martirum et confessorum et Sanctorum Marie Magdalene,
Katherine, Margarethe, Cecilie, Lucie, Agathe, Agnetis, Barbare,
Undecim uirginum. In festo Omnium Sanctorum,
et animarum

et animarum, et per octavas dictarum festivitatum easdem habentium, Tempore Adventus, omnibus diebus Quadragesime singulisque diebus Dominicis et festivis, causa devotionis, orationis? aut peregrinationis accesserint, missisque, predicationibus, matutinis Vesperis processionibus Rogationum Dominicis et Quatuor tempore missisque animarum et Salve aliis que divinis officiis ibidem interfuerint. Aut Corpus Christi vel Oleum Sacrum dum infirmis portetur sacri fuerint seu in serotina pulsatione campanae genibus flexis ter Ave maria dixerint Nec non qui ad fabricam eiusdem Ecclesie, Luminaria, ornamenta aut quevis alia necessaria dederint vel manus porrexerint adiutrices Vel qui in eorum Testamentis aut extra aurum, argentum Vestimentum aut aliquod aliud caritativum subsidium dicte Ecclesie donaverint, legaverint aut donari vel legari procuraverint. Aut qui circa quodcumque Altare eiusdem Ecclesie genu flexi unum paternoster et unum Ave maria intenta mente dixerint Aut qui pro pacifico statu Ecclesie universalis et incliti Regni Polonie statu de Summipontificis et domini Regis, presulis que Cracoviensis incolumitate suppliciter preces ad Deum fuderint. Vel qui Cimiterium (sic) dicte Ecclesie Sandowiriensis pro animabus omnium fidelium defunctorum, quorum corpora ibidem iacent recondita exorando circumvenerint, quotienscumque quicumque, et ubicumque premissa, aut aliquod premissorum devote fecerint, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius Auctoritate confisi Centum dies indulgentiarum temporibus perpetuis duraturis impartimur et de iniquetis eis penitentis in Domino misericorditer relaxamus. Insuper omnes indulgentias ab olim clare memorie Archiepiscopi et Episcopi quarumcumque Ecclesiarum et Diocesum factas et per alios in futurum faciendas Ratificamus gratificamus et confirmamus, Ratasque et gratas volumus habere per presentes. In cuius rei Testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Sandowirie penultima mensis Martii Anno Domini 1450 Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo

Ex originali membraceo archetipo de verbo ad verbum fideliter transcripsi Sandowiriæ die 6/XII 1899anno Vicarius Cathedrae Hardus Targowski m.p.

domini Joannis Dlugossii Archiepiscopi Leopold., Testamenti et
ultimae voluntatis executor ^{pro} Reverendi ^{Missi} quia locum sui praedictum
quatuor hamorum Sredensium et prata eidem contigua et an-
nexa inter villam nostram Regalem Rakovica ab una et villam
Abbat^{is} et Monasterii Tineru. Pranthnik partibus ab altera
iuxta flum^{em} Pranthnik sit^{um} per praefatum dominum Jo-
annem Dlugossii apud Nobiles Jacobum Schilua de Cracovia
ac Jacobum et Martinum Rinera filios olim Martini Rinera
de Bapthouice et septem eorum Thibet filiam Stanislai
Rinera, ad quos predict. praedii agrorum et pratorum pos-
